Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Tractatus theol. de actibus humanis - Cod. Ettenheim-Münster 302

[S.l.], 1697

Quaestio 9na

urn:nbn:de:bsz:31-131009

Visual Library

pœnam debitam respectu [illegible] offensæ: Unde concedendum est [illegible] quosdam actus, etsi valde meritorii sint, tamen pœnam [illegible] satisfactorii, videlicet illos, qui in magnum in [illegible] exercitio morientem [illegible] ad confirmationem [illegible] eam non faciunt ad rem, quia in actuali susceptione sacramentorum, aut passione martyrii, cetera non [illegible] paria, eo quod talia opera externa à Christo sint speciali privilegio [illegible] ut habeant vim effectivam aliquid ex opere operato, videlicet gratiam sanctificantem, aureolam &c. Et in ea conclusio procedit [illegible] & cæteris paribus. Quæstio 9na, utrum idem actus possit esse simul bonus & malus moraliter.

Quæstio 9na.

Utrum idem actus possit esse simul & bonus & malus moraliter?

Conclusio 1ma. Idem numero actus humanus sive internus sive externus in genere naturæ seu physice spectatus, potest esse sive bonus & malus esse moraliter. S. Thomas hic ad 3ium. Ratio patet ex eo, quod quis ad Eucharistiam accedens primum quidem intendere potest vanam gloriam, deinde intendere corrigere hanc intentionem & intendere servire Deo.

Conclusio 2da. Idem numero actus humanus in genere moris seu moraliter spectatus sive internus sive externus non potest esse bonus & malus. Ratio est: bonitas & malitia moralis sunt contradictoriè oppositæ, quia malitia involvit ~~contrad.~~ negationem bonitatis, & ipsæ affirmari, aut negari de eodem, in quo idem est, non possunt.

Conclusio 3tia. Idem numero actus in genere moris ne successive quidem potest esse bonus & malus. Ratio est:

moralitas actuum humanorum consistit formaliter in habitudine ad obiectum, quatenus substat regulis morum: [illegible] mutata ergo hac habitudine non manente idem, [illegible] in genere moris mutatur actus humanus: mutatur autem habitudo illa, quoties mutatur actus de bono in malum aut e contra: quia tunc mutatur habitudo actus humani ad obiectum, vel obiecti circumstantias, ubi simul apparet ratio diversitatis, cur actus in genere naturae idem successive possit bonus & malus esse; non vero idem manens in genere moris: nam actus non mutatur in genere naturae, nisi aliquid substantiale intrinsece mutetur; genus autem moris mutatur per solam habitudinem intrinsecam & mutationem circumstantiarum extrinsecam.

Conclusio 4ta. Idem homo potest simul duos externos, à se mutuo independenter actus exercere, quorum alter sit bonus, alter moraliter malus, cum sibi correspondent duo affectus interni independentes, unus bonus, alter malus, à quibus externi illi imperantur. Ita videtur libere omnes. Ratio est: quia potest quis v.g. una manu succurrere pauperi, altera infringere alicui collapsum.

Conclusio 5ta. Possibile, quod aliquis idem numero externus actus possit simul esse bonus & malus. Abulensis in caput 6 Matthaei q. 110 Almain lib. 3 moral. c. 12.
Ratio est, quia experimento constare videtur, quod idem numero externus motus de se indifferens possit simul imperari à duobus affectibus internis disparatis, quorum unus bonus, alter malus est: ut si quis simul velit ire ad locum, ubi & creditori restituat debitum & videat feminam: atque non videtur repugnare, quominus iste actus externus, videlicet ambulatio, qua ratio potentia est, recipiat in se bonitatem & malitiam simul duorum diversorum affectuum, à quibus imperatur. Quod quidem mihi videri non debet, quia